

6H A 420

280



RUPPRECHT

No. 2

Historia

2

BX1935

.R86

1772

v.1

c.1




Del D. Benavides.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE TOLUCA LEÓN
CAPILLA ALFONSO BILIBICUA UNIVERSITARIA
MICROFILMADO Rollo-11

348

280



NOTÆ HISTORICÆ
IN UNIVERSUM
JUS CANONICUM

RATIONIBUS CONSENTANEIS ADSSERTÆ,

*Questionibus Historico-Critico-Dogmatico-Scholasticis illustratae,
munita, atque in usum cupide Legum-Sacrorum
Juventutis præcipue directæ.*

AUTHORE

P. THEODORO M. RUPPRECHT

Ordinis Servorum B. M. V. Sacro-Sanctæ Theologiæ, ac Sacrorum
Canonum Lectore, nec non Provinciæ Bohemo-Rhenanæ
Definitore Actuali.

EDITIO NOVISSIMA.

*In qua nunc primum accessit Index, in præcedentibus omnino desideratus: imo Synopsis,
seu methodica æconomia totius Operis, ordine Alphabetico distributa;*

ACCURATIORI STUDIO CONCINNATA

A JACOBO CARESMAR CANONICO PRÆM.

Doctore Theologo.

PARS PRIMA.

IN PRIMUM, ET SECUNDUM DECRETALIUM.

46530



SUPERIORUM PERMISSU.

BARGINONE: Apud FRANCISCUM SURIÀ Typogr. An. 1772.

Sumptibus Societatis.



BX1935
R86
1772
V. 1

UM in Notas historicas in universum Jus Ca-
nonicum, quas P. THEODORUS MARIA
RUPPRECHT Pragæ typis mandavit, forte
incidissem, ac per otium, ut Bibliopolarum
ingenium est, sedulo percurrissem, ita sum-
mam scientiam hominis in Theologia minime novi, eruditio-
nem pene singularem, ordinem in re scribenda, mentis aciem
denique admiratus sum, ut eo ipso temporis articulo denuo
meis typis edendas curaverim. Pergratum me tibi facturum,
Lector, qui Juri Canonico atque Historiæ Ecclesiasticæ stu-
des, merito duxi, cum vix alium invenias, qui Juri Canonico
notas historicas apposuerit, & Germanicam editionem non sa-
tis usui esse pro certo sciam. Nam, præterquamquod innume-
ris scater erroribus, cum quatuor voluminibus constet, minus
videtur commoda argumentum evolventi. Quod ergo ad par-
titionem attinet, ex illis quatuor, quæ in quarto, uti vocant,
excusa sunt, unum hoc satis grande confeci, quod & com-
modius versari possit, & Bibliothecarum cancellis magis sit ap-
tum. Illud moneo, Authorem hujus voluminum divisionis men-
tionem facere, atque illa uti passim; tum Præfatiunculas sin-
gulis præmississe, quarum tres priores *Oeconomiam Opusculi*, quar-
tam vero *Proæmium* inscripsit, quas post hanc nostram habe-
bis aliam post aliam. Etenim prætermittendas non censui, cum
totius operis quamdam veluti ideam proponant, & quid, &



UM in Notas historicas in universum Jus Ca-
nonicum, quas P. THEODORUS MARIA
RUPPRECHT Pragæ typis mandavit, forte
incidissem, ac per otium, ut Bibliopolarum
ingenium est, sedulo percurrissem, ita sum-
mam scientiam hominis in Theologia minime novi, eruditio-
nem pene singularem, ordinem in re scribenda, mentis aciem
denique admiratus sum, ut eo ipso temporis articulo denuo
meis typis edendas curaverim. Pergratum me tibi facturum,
Lector, qui Juri Canonico atque Historiæ Ecclesiasticæ stu-
des, merito duxi, cum vix alium invenias, qui Juri Canonico
notas historicas apposuerit, & Germanicam editionem non sa-
tis usui esse pro certo sciam. Nam, præterquamquod innume-
ris scater erroribus, cum quatuor voluminibus constet, minus
videtur commoda argumentum evolventi. Quod ergo ad par-
titionem attinet, ex illis quatuor, quæ in quarto, uti vocant,
excusa sunt, unum hoc satis grande confeci, quod & com-
modius versari possit, & Bibliothecarum cancellis magis sit ap-
tum. Illud moneo, Authorem hujus voluminum divisionis men-
tionem facere, atque illa uti passim; tum Præfatiunculas sin-
gulis præmississe, quarum tres priores *Oeconomiam Opusculi*, quar-
tam vero *Proæmium* inscripsit, quas post hanc nostram habe-
bis aliam post aliam. Etenim prætermittendas non censui, cum
totius operis quamdam veluti ideam proponant, & quid, &

* 2

quo-

quomodo in singulis voluminibus pertractatum sit, breviter indicent. Sed ut iis melius utaris, tibi præmonstrandum est, quis finis esset cuique volumini constitutus. Ita que pagina 104. (hujus edit. Tom. I. pag. 200.) ubi Author *calamum excutit*, cum Titulo II. Libri I. Decretalium primum absoluebatur. Secundum cum secundo Decretalium Libro pag. alias 211. nunc Tom. I. pag. 408. Tertium cum tertio pag. alias 341. nunc Tom. II. pag. 254. ubi idem *gratia IV. Tomi aequali cum reliquis mole edendi tertio finem imponit*. Cum quinto Libro denique quartum. Hæc ratio nostræ editionis habenda. De errorum emendatione etiam est, paucis quod monitum te voluerim. Ego vero nolim credas ab omnibus mendis has Notas historicas me vindicasse, atque tibi dari castigatissimas. Dissicillimum enim ac nimis operosum sententiam toties corruptam restituere, loca Scriptorum non recto allata, verbaque conferre cum exemplaribus, numeros, interpuncta, denique ORTHOGRAPHIAN emendare. Nihil, hercle, temporis, nihil operi peperci, sed aliquos tamen errores reliquos esse, ingenue fateor. Ut signoscas etiam, atque etiam rogo, atque in repurgandis his in univèrsum Jus Canonicum Notis historicis me pro viribus egisse, tibi persuadeas.

STUDIOSÆ SACRORUM CANONUM

JUVENTUTI

S.



In hac, quam molior, nova Præfatione haud es adtingere statuo, quæ de totius Operis RUPPRECHTiani structura & usu Typographus Venetus sapienter monenda duxit; siquidem, ut vetus fert proverbium, repetita crambe mors est. Dicam solummodo quænam consilii mei de recudendo opere sit ratio. Hæc porro alia non est, Juvenes Hispani, quam velle studiis vestris consulere, & dignitati ejus Juris vel sacræ Scientiæ, quam fausto omine adgressi estis, & adeo alacriter profitemini. Scilicet audivi non semel à Viris Eruditis, ex infinita prope Juvenum multitudine, quæ in Hispaniæ (ut de exteris sileam) Academiis in dies solent confluere Sacri Juris discendi causa, paucissimos esse, qui vestram & masculam Jurisprudenciam Canonicam adsequantur; plurimos verò, qui imbratilem, fucatam, minimeque veram in domum secum adportent. Quod tamen Sapientes illi, non discencium culpa, sed aliorum evenire existimabant. Illorum nempe, qui, quum ipsi cultiorem germanamque Canonum Scientiam adspicerentur, forenses vero etiam impolitam, aridam, & exsuccam unice habent; hanc laudare, & extollere; illam contemnere, & tanquam parum Reipublicæ utilem, ociosamque traducere, atque adeo Adolescentibus dissuadere non verentur. Et licet præclara isthæc oracula Civitatum tantæ faciendæ essent, quanti ab Elephanto fit culex; nihilominus tam belle

ac suaviter incautus sciunt imponere, ut Juvenes, beati omnino sibi videantur esse futuri, si tandem aliquando Causidici audire possint, vel ut cum Lucretio (a) loquar,

... *Noctes atque dies niti præstante labore:*

Ad summas emergere opes, rerumque potiri.

Unde fit, ut plurimi Adolèscèntes, bonam, quam à Deo mentem acceperant, hujusmodi abstinthio ita amittant, ut eas solas scientias ac notionès, quæ ad rem faciendam accumulandâsq; divitias juvare queunt, faciunt maximi; ceteras, veluti meras nugas, ad egestatem oblectandam comparatas, parvi faciant, atque habeant (si Deo placet) fusque deque. Quum tamen, ut intelligo, Sanctissimam Canonum Scientiam non versutis forensibus, rabularum cavillationibus, ac opibus conquirendis; sed pietati, religioni, innocentie vitæ inservituram Divinæ Legis Lator instituerit Christus, Neque enim aliud est Jurisprudèntia Canonica, quam cognitio quadam ex Divinis Scripturis, regulisque præcorum Patrum derivata, ac de rebus ad Dei cultum & religionem spectantibus, à Pontificibus Ecclesiæ Catholicæ tradita, constituta, & adprobata, ad rectam fidei motumque Christianos inter homines constitutionem. Hæc igitur est Canonica Jurisprudèntia; hæc magna illa actionum humanarum directrix; hæc summum illud & incomparabile bonum, quod plures, prohi dolor! querunt, quam inveniunt: immo & plures (quod magis dolendum est) adspènantur, quam amant. Hæc tandem illa est, quæ sanctissimo juxta ac prudentissimo Antistiti D. Carolo Borromæo unice in deliciis fuit, si credimus Petro à Basilica, ejusdem vitæ Scriptori, dicenti (b) *Canonum ea scientia ipsi periculosa erat, quæ Patrum mores & acta representans, Ecclesiæ componenda, atque ordinanda rationem continet*: Et dolens eos communi consuetudine tantummodo Canones ad interpretandum scilicet, qui ad lites judiciumque valent, constituit ipse qui iis declarandis præfesset, unde sacra majorum instituta & ritus, optimamque Ecclesiæ administrandæ genus daturur. Hactenus ille. Et utinam quæ Præsul sanctissimus edocuit voce & exemplo, scriptisque editis mirabiliter perfectit, ignorantia, ne aliud

(a) Lib. 1. vers. 9.

(b) Lib. 7. c. 11.

aliud dicam, earumque præceptionum obliuio è pluriù mentibus non procul amandavisset!

Dudum enim malis avibus ea inter multos de Pontificio Jure disse-
rendi ratio penetravit, ut si quis naturâ feratur ad solidam Canonum
notitiam, forensium rerum strepitu, pravoque multitudinis exemplo ab
opere recte instituto detorqueatur. Proindeque tantum non omnes, il-
los Canones dumtaxat amant, qui quæstum olent, aut forensium pruden-
tiam, ad quam cogitationes conatusque suos referunt, nubem sane, ve-
luti Ixion pro Junone amplexantes. Sed hæc altiora sunt vulnera, quam
ut verborum fomentis curari in præsentia possint. Ergo ita comparatus
ad Sacri Juris scientiam accedere quisque debet, ut ad ejusdem finem
collimet. Finis autem & scopus illius non fluxæ hujus vitæ terminus,
aut sensuum commodis circumferibitur; sed in æterna salute, atque
ineffabili post hanc vitam beatitudine versatur. Quo unice Canonici Ju-
ris Studiosus labores referre debet suos, ut per mores, quos unâ cum
Canonum scientia induet, Christiano homine dignos, tum in iis quæ aut
facienda, aut vetanda; tum in iis quæ credenda sunt, & alios & se-
metipsum ad optimum ac plane divinum studiorum suorum finem dirigit,
inclinet, fleat. Id vero facili negotio adsequetur, si quidquid
Christus Dominus, & Apostoli de virtute, instituendæque vitæ ratione
præcipiunt, Sacrorum Codicum lectione adtente meditetur, & in san-
guinem succumque convertat: si veteres Synodorum cum generalium,
tum particularium Canones, atque antiquorum Ecclesiæ Patrum, &
Doctorum Scripta, in quibus purior morum disciplina mire refulget,
non ut canis fugientes Nilii aquas, sed paulatim ac pleno ore delibet.
Jam vero, ut propius ad rem nostram accedamus, in Notis hæcè histo-
ricis in Universum Jus Canonicum, quas Clarissimus Vir THEODORUS
RUPPRECHT in Germania vulgavit, habetis, Juvenes Hispani, Scientiæ
Canonicæ venustissimam imaginem. Quam ille non è trivio Doctorum,
ex sublext Fidei monumentis, ex apocriphis Decretalibus, aliisve ce-
nosis lacunis; sed ex purissimis Sacræ Scripturæ, Conciliorum, Patrum-
que fontibus hausit. Has igitur criticas, adcuratas, dilucidas, exquisita-
que eruditionis refertas animadversiones nocturna versate manu, versate
diurna. Sic fiet, ut brevi Canonicam Jurisprudèntiam, non quidem il-
lam

lam umbratilem, & triturae forensi aut pani lucrando accommodatam, sed veram, sed masculam, sed cultiorem sanctioremque, ad quam, ut reor, celeri gradu contenditis, adsequamini. Atque haecenus criticum egi. Jure, an injuria? aequus rerum aestimator dijudicet. Jam Typographum agere incipio. Quod adinet ad operis structuram, & librorum ordinem, Venetam sequuti sumus editionem anni MDCCLXIV. ut credimus, omnium postremam, & quidem castigatiorem: hoc solo discrimine, quod ex uno & satis grandi volumine, duo nos, & in quarta, ut aiunt, forma confecimus, utpote magis legentium manibus accommodata. Adlaboravimus quoque, ut opus quam emendatum, & expolitum prodiret. Faxit Deus, feliciter! Valete ornatissimi Juvenes, & rem adeo vobis & Patriae gloriosam, ut boni omnes desiderant, bene gerite: sic etiam conatibus nostris favebitis.

ŒCONOMIA OPUSCULI (1)

Sequens est. In binos Titulos partitum exiit; primus VIII. celebriora Ecclesiae Catholicae exhibet Symbola; alter ejusdem Canonum, Constitutionumque Codices tum veteres, tum recentiores complectitur; quibus Sacrosancti ac Œcumenici Concilii Tridentini novissima de Reformatione decreta, atque (& hoc quidem in gratiam Aemanae Nationis) praecipua Concordatorum Germaniae, Pacis Religiosae, nec non Westphalicae capita adjecta sunt; singula insuper, ubi id ratio postulabat, Dissertationibus vel Historicis, vel Criticis, vel Dogmaticis, aut demum Scholasticis luculenter munita, atque illustrata.

Scopus, quem suscepto labori praefixi, is quidem etiam fuit, ut praecipua Ecclesiae deposita, *Teseras* nimirum *Fidei*, *Constitutionesque*, magnis sumptuosisque voluminibus sparsas, in hunc quodammodo fascem collectas, praestatoque modo munitas, atque illustratas, reipublicae literariae redderem familiariores. Sed ille praecipuus, ut cupidae Legum sacrarum Juventuti, imprimis Germanicae, ejusdem operae subsidio justam de Corpore Juris Canonici, quo hodie utimur, notionem suppeditarem; cui tanquam solido fundamento reliquum sacrationis Jurisprudentiae aedificium sine offendiculo superstruere valeat. Quantopere enim hanc in rem conducatur veterum Ecclesiae Codicum, novissimorumque Pactorum notitia, Historiae, Criticesque adminiculis fulta, non est hic loci adstruere; novit id dudum orbis literarius universus, & attenta praesentium pagellarum lectitatio cordato Lectori fortassis persuadebit.

Ceterum in seligendis opinionibus id fixum habui, ut cordate illi subscriberem, quae mihi verosimilior apparebat. Faxit Deus, ut labor à me candida mente susceptus, qualis qualis demum sit, cedat ad majorem ejusdem Gloriam, B. M. Virginis, Dominae meae Clementissimae honorem, Haeresium depressionem, Ecclesiae sanctae Dei (cujus irrefragabili judicio singulos apices humiliter subijcio) exaltationem, Juris Ecclesiastici Candidatorum subsidium, totiusque rei literariae incrementum.

ŒCONOMIA OPUSCULI (2)

Annus alter elapsus est, quo *Notae historicas in priores duos Titulos de Summa Trinitate, & Fide Catholica, nec non de Constitutionibus Libri I. Decretalium Gregorii Papae IX. Pragensis typis commisi*, quibus praecipua Ecclesiae Catholicae deposita, *Fidei* nimirum *teseras*, atque *Canonicas Constitutiones* illustravi, famosiora Symbola, veteresque ac recentes Ecclesiae tum Graecae, tum Latinae Codices, Jusque novissimum Tridentinum, ac Compactata Germaniae in medium afferendo, illaque quaestionibus Historico-Critico-Dogmatico-Scholasticis, ubi id ratio postulabat, illustrando, muniendo. Sequuntur, Deo auspice, *Historicae Commentationes in reliquos ejusdem Libri I. Titulos, simul & in Titulos Libri II. similem commentationem ferentes.*

Quemadmodum autem in commentandis prioribus illis Titulis id fixum habui, ut Symbolorum, Codicumque, ut ajunt, Canonum notitiam, magnis, sumptuosisque voluminibus sparsam, in unum veluti fascem collectam cupidae Legum sacrarum Juventuti ob oculos ponerem, atque ita per quaedam quasi Juris Canonici prolegomena historica ipsi justam de ipso Corpore Juris Canonici, quo hodie utimur, ideam praeforma-

**

forma-

(1) Id est, Tomi primi.

(2) Id est, Tomi secundi.

formarent: ita in continuatione suscepti oneris eum mihi scopum principem statui, ut Corporis hujus partibus, id ferentibus, idem Historiz Ecclesiasticæ lumen, nunquam satis commendabile, pro virili asunderem, illudque ea, qua in prolegomenalibus titulis, lato calamo pertractatis, usus sum methodo, quaestionibus Historico-Critico-Dogmaticis munirem. Id autem ita præstare conatus sum. Disciplinam, quam obivis titulus sancit, ad sua primordia, quantum licuit, reduxi, quibusque vicissitudinibus ad præsentem statum perducta fuerit, fideliter indicavi, & quidem processum passibus chronologicis pro persubili instituendo, si quid dubium in Historia, si quid cavillatum ab Heterodoxis, id quaestione Historico-Critica, vel Dogmatica è nubilo edaxi, vindicavi. Ac denique methodo distincta, quantum quidem mihi videtur, globum argumenti historici in propositiones præcisas, atque ideæ limpide ingerendæ habiles feci, rationibus contentaneis, scholiisque subjectis munitas.

Faxit Deus, ut sicut isthæc provincia à me candida mente suscepta est, ita & continuatio ejusdem cedat ad majorem ejusdem gloriam, B. MARIE Virginis Dominæ meæ clementissimæ honorem, hæresum depressionem, Ecclesiæ S. Dei (cujus irrefragabili judicio singulos apices denuo humillime subijcio) exaltationem, Juris Ecclesiastici Candidatorum subsidium, totiusque rei literariæ incrementum.

ECONOMIA OPUSCULI. (3)

A Bsolatis, Deo auspice, Notis Historicis in Librum I. & II. Decretalium Gregorii Papæ IX. earundem continuatio in Librum III. oculis tuis se se præsentat, Lector benevole, eodem consilio suscepta, eademque methodo, qua priores, pertractata, id quod ex illarum proœmiis conspiciere licebit. Si autem in aliquo, certe in præsentî Decretalium libro applissimus se se aperit historicarum commentationum campus, utpote qui pleraque exhibet, quæ ad Clerum inferiorem tum Sæcularem, tum Regularem, ejusdemque Jura, ac obligationes, nec non principem Ordinis Potestatem, Sacro-Sanctum videlicet Missæ Sacrificium pertinent.

Nemo autem sanæ mentis est, qui facile non perspiciat, quantum interfit omnibus, qui Clericali militiæ vel nomen dederunt, vel eidem adscribi percipiunt, non solum nosse jura, obligationes, & reliqua, quæ ad illorum respective characterem, ex disciplina in Corpore Juris hodierni sancita, & attinent: verum etiam, quæ horum Jurium, obligationum, &c. fuerint origines, progressus, mutationes, &c. Quæ omnia præsentis Notæ historice, in Cathedris præteritum orarum hucusque desiderata, pro virili suppeditabunt.

Et certe, si Historiæ Ecclesiasticæ notitia in aliis Facultatibus utilis, quin necessaria ab omnibus cordatis judicatur, in Jure Canonico principem locum obtineat est necesse. Qui enim titulus, quod Capitulum in eo occurrit, quod hæcæ radiis non illustretur, enodetur, & si opus sit, à cavillis Heterodoxorum hoc scuto non vindicetur? Ita, ut affirmare aulam, Canonitiam sine notitia historica, non tantum in assequendo sensu Canonum, verum etiam in resolvendis, tuendisque controversiis hujus Fortium contra domesticos, tum heterodoxos esse parvulum fluctuantem. Qui commentationes historicas hucusque datas, atque in librum IV. & V. Deo propitio post anni decursum absolvendas ea, qua par est, attentione, atque maturitate pervolvit, me vera dixisse ultro fatebitur.

Et sane utilius vix aliquid Viro Clerico sive Sæculari, sive Regulari accedere potest,

(3) Id est, Tomi tertii.

est, quam Historiam Ecclesiasticam plerisque Juris Canonici (quod post Evangelium est Regula Cleri) titulis ex magnis, diversis, ac sumptuosius voluminibus habere accommodatam, ex qua intellectus lumen, judicium, robur, voluntas stimulum est acceptura, quo ille sensum Canonum facilius perspiciat, hoc solidius sententiam ferat, illa exemplis moribusque primæ, mediæ, ac postremæ ætatis excitetur ad ea, quæ Sacri Canonis in hominibus sive vocationis, status, & officii detestati sunt, sedulo cavenda; illa vero, quæ ab iisdem collaudata fuerunt, totis humeris amulanda. Certe non alio sine Principum filii historiz studium, vocationi sive conforme, imprimis commendatur; nec alium scopum habent Belliduces, evasuri in Heroes, dum inter armorum strepitum res gestas suorum Antecessorum pervolvunt.

Atque ut de jucunditate, quam notitia historica congenitam habet, nihil dicam, quid honestius iisdem Viris Clericis, quam horarum ab obligationibus quotidianis Deo, sibi, proximisque vi vocationis, status, & officii impendi solitis, residuarum, unam alteramve illi exercitati dicare, quæ noxia multa, statumque eorum apud laicos deprimentia ab illis removere, atque pristinam eorum reverentiam (quæ nisi doctrina, moribusque huic statui dignis, conciliari, conservarique nequit) apud homines profanos, etiam domesticos, & quidem non sine multorum culpa, proh dolor! in dies magis vilescerent, postinuito revocare quodammodo nata est? Faxit Deus, ut exoptando huic fini, quam aggredior in Librum III. Decretalium, historica commentatio quidpiam conferat, Jurique Candidati cum utroque Venerabili Clero per eam ita formentur, ut scientia moribusque, pro status sui exigentia, omnibus domi forique degentibus præluceant. Quæcumque autem præsentî libro à me scripta fuerint, judicio S. Romanæ Ecclesiæ subiecta sunt.

PROËMIUM. (1)

DE O auspice, conatus meos secundante, oculis tuis se se præsentat IV. Tomus Notarum historicarum in universum Jus Canonicum, continens *Notas in Librum IV. & V. Decretalium Gregorii Papæ IX.* Quid in Libro IV. occasione Matrimonii pertractetur, exhibet prima pagina. In Libro vero V. Tit. 7. *De Hæreticis* Hæresum omnium Sæculorum brevis historia textitur, & Economiæ Ecclesiæ circa eorum punitionem vindicatur. Tit. deinde 8. *De Schismaticis* Schismata in Romana Sede exorta refero. Post hæc Tit. 9. *De Apostatis*, & *Reiterantibus baptisma* fidem libro tertio Tit. 41. datam exsolvo, & materiam Tit. 42. ejusdem libri *De Baptismo*, & ejus effectu huc rejectam pertracto. Deinceps Tit. 38. *De Penitentia*; & *Remissionibus* septem §§. ea refero, quæ ad Sacramentum Penitentia, ac Indulgentiæ Historia Sacra suppeditat; & Catholica de his dogmata defendo; ac demum Tit. 39. *De Sententia Excommunicationis*, agendo *de Censuris*, toti operi finem impono.

Habent ergo Juris Canonici Candidati in præsentî opere quadrupartito præcipua Ecclesiasticæ Discipline in Corpore Juris Canonici sancita capita non tantum à suis originibus ordine Chronologico cum suis mutationibus, reformationibus, augmentis, eorumque causis ac occasionebus deducta, atque quaestionibus Historico-criticis, ubi id exigebat ratio, illustrata, atque munita: verum etiam præcipuas Fidei materias in eodem Jure occurrentes; nimirum, de Transubstantiatione, de Pallio, de Ordine Hierarchico inter Episcopos, & Presbyteros; de Calibatu Clericorum, de Ritibus, ac Cere-

**2

remonii.

(1) Tomi quarti.

remonis Ecclesie Catholice, de Purgatorio, de Statu Monachorum, votisque Religiosis, de Sacrificio Missae, de Sacramento Matrimonii, ejus indissolubilitate, monogamia, impedimentis, &c. de Inquisitionis Tribunali, de Baptismo, de Ordine Hierarchico inter Clerum, & Laicos, de Sacramento Pœnitentiæ, de Indulgentiis, deque Censuris nos inter ac DD. Protestantes controversis, ex primariis Theologiæ fontibus, nimirum S. Scriptura, & Patrum remotissimorum testimoniis, ordine Chronologico majori ex parte adductis, assertis & vindicatis, ut quæstiones Scholasticas præteream, hinc inde operi permixtas. Notent autem Sacrariorum Legum perdiscendarum aut recolligendarum cupidi, se non tantum ex mox allatis disertationibus tela comparaturos, quibus Heterodoxis, præsertim modernis Publicistis Bohmero, Pertschio, Thomasio, &c. cristas ut nunquam alias erigentibus, atque belli aleam in ipso Juris Ecclesiastici gremio jacentibus, obviam procedere valeant; verum etiam in singulis titulis ea repeturos momenta, quibus eorum conatus circa alia ejusdem Juris capita ex mox laudatis fontibus retundere poterunt.

Cæterum nemo fugillet Polemicæ cum Jure Canonico à me fœdus nexumque hoc opere conciliatum esse; eundem enim abunde justificant motiva allata, eundem etiam justificat ratio illa, quod plures Juris Ecclesiastici apud nos Candidati eidem studium controversiarum non præmittant, ac hinc Adversariis circa eadem capita oppido versatis impares existant; & finaliter vel maxime illa, quod *Sua Sacra Cæsarea Regiæque Majestatis Clementissimæ Regina, ac Domina nostra Maria Theresia* inter alia reformationis Studiorum à se, maturo Virorum præstantissimorum consilio, ad maximum literarum, reiçue Catholice inde pendens incrementum, immortalemque nominis sui gloriam, ordinata capita Antecessoribus in Cathedris Juris Ecclesiastici eundem nexum conciliandum demandaverit, uti monstrat perelegans series Collegiorum Juridicorum A. 1754. ab eadem Augusta, eadem matura deliberatione præcedente, præscripta, in qua sequentia legere licet. *In pomeridianis sessionibus legatur Historia Juris Canonici, & agatur de genuinis fontibus universi Juris Ecclesiastici, sicut & de Pseudo-Canonibus in Collectioe Isidori Mercatoris, vel potius Peccatoris, comprehensis. His expositis explicabitur Jus publicum Ecclesiasticum, juxta opusculum typis vulgatum, cui titulus: Principia Juris publici Ecclesiastici Catholicorum, ad Statum Germaniæ accommodata. Demum prior pars Decretalium Gregorii IX. P. M. In Collegiis matutinis vero pars altera eorundem Decretalium, addidendo pro hoc studio Candidatum abbreviatum Juris præsentis Sacræ à R. P. Vito Picbler concinnatum, & adjiciendo plurimas annotationes, aliæque necessaria de Jure Ecclesiastico Protestantium ex Bohmero, Thomasio, & Pertschio, commemorando qualiter ipsæ Catholice sit observandum.*

Similem vero ante reformationis negotium intentionem habuisse minimæ nostræ Provinciæ Bohemiæ superiores Majores, dum, eliminatis à Theologica Facultate tricis, ac inutilibus quæstionibus, eidem jungi jusserunt Studia S. Scripturæ, Theologia Polemicæ, Criticæ, Historiæque Ecclesiasticæ, nec non Juris Canonici hæc methodo tractandi, vel præsens tenus opella, incitante mox laudato Authore *Principiorum Juris Publici*, quem Tomo I. cap. 9. N. 352. laudo, à me cæpta, & Deo auspice, in finem perducta testatur. Fateor nihilominus, si hæc in Facultatibus, ut moderna felix Juventas, & ego fuissetem enutritus, eam meliorem fortassis faciem fuisse sortitam; erudum itaque contortumque in ea si aliquid deprehenderit Benevolus Lector, meæ ignorantia hæud voluntarie id adferbat, atque ex dicto capite excuset. Cæterum quemadmodum ea, quæ tribus prioribus, ita & quæ præsentis Tomo scripti, S. R. Ecclesie judicio ex asse subjecta sunt.

ELENCHUS.

LIBER I. DECRETALIUM.

PARS PRIMA.

P roœmium.	Pag. 1.	tiationis vocula apposite, & prædenter inserta fuerit Symbolo Lateranensi? pag. 61.
TITULUS I.		§. VII. De Symbolo Viennensi. p. 83.
De Summa Trinitate, ac Fide Catholica.	pag. 2.	§. VIII. De Symbolo Florentino, seu Litteris pro instructione Armenorum editis. pag. 85.
Caput unicum. De Symbolis in genere, & in specie de Symbolis Catholicorum.	ibid.	Quæstio Polemica. An, sicut dicit Eugenius Papa IV. in præsentis Decreto, seu Symbolo, particula <i>Filioque</i> hinc ab Ecclesia Latina Symbolo CP. sit appolita? pag. 89.
§. I. De Symbolis in genere.	ibid.	§. IX. De Symbolo Tridentino. p. 96.
§. II. De Symbolis Catholicorum in specie, & primo de Symbolo Apostolorum.	pag. 4.	TITULUS II.
Quæstio Critica. An Symbolum, quod Apostolicum appellatur, ab Apostolis traditum sit? pag. 6.	pag. 6.	De Constitutionibus. pag. 98.
§. III. De Symbolo Nicæno.	pag. 15.	Caput I. De Sacrorum Canonum Collectionibus tam Orientalibus, quam Occidentalibus in genere. ibid.
Quæstio Polemica. Utrum vox <i>Homousion</i> apposite, & prudenter inserta fuerit Symbolo Nicæno? pag. 19.	pag. 19.	Caput II. De Collectionibus Canonum, & Constitutionum, vulgo <i>Apostolorum</i> in specie. pag. 101.
§. IV. De Symbolo Constantinopolitano.	pag. 24.	§. I. De Collectione Canonum, vulgo <i>Apostolorum</i> . ibid.
Quæstio Critica. An hujus Symboli additamenta primum facta sint à Patribus CP.? pag. 25.	pag. 25.	Quæstio Critica. An Apostoli sint Auctores Canonum, vulgo <i>Apostolorum</i> ? p. 110.
Quæstio-Historica. Utrum Symbolum CP. semper ab Ecclesia fuerit receptum? pag. 30.	pag. 30.	§. II. De Collectione Constitutionum <i>Apostolorum</i> . pag. 121.
Quæstio Historico-Critica. Quando, & à quo particula <i>Filioque</i> hæc addita sit Symbolo CP.? pag. 33.	pag. 33.	Quæstio Critica. Utrum Constitutiones dicte <i>Apostolica</i> ab Apostolis per Clementem sint editæ? pag. 122.
§. V. De Symbolo, vulgo <i>S. Athanasii</i> . pag. 43.	pag. 43.	§. III. De Collectione Canonum Pœnitentialium. pag. 126.
Quæstio Critica. Utrum S. Athanasius sit Auctor Symboli, quod <i>Athanasianum</i> dicitur? pag. 48.	pag. 48.	Caput III. De Collectionibus, seu Codicibus Ecclesie Græcæ in specie. p. 132.
§. VI. De Symbolo Lateranensi. p. 58.	p. 58.	§. I. De Collectione, quæ vulgo <i>Codex</i>
Quæstio Polemica. Utrum Transsubstan-		

ELENCHUS.

- dex Canonum Ecclesie uniuersa dicitur.* *ibid.*
 §. II. De Codice Canonum Ecclesie Graece post Synodum Chalcedonensem aucto. pag. 134.
 §. III. De Collectionibus Gregorum, quae alium, quam temporum, ordinem seruant. pag. 135.
 Caput IV. De Collectionibus Ecclesie Latinae, quae extra Corpus Iuris, quo hodie utimur, vagantur. pag. 136.
 §. I. De Veteri Codice Ecclesie Romanae. *ibid.*
 §. II. De Codice Ecclesie Africanae. pag. 138.
 §. III. De Codice Dionysii Exigui. pag. 139.
 §. IV. De Codice Martini, Episcopi Braccarensis. pag. 140.
 §. V. De Collectione Isidori, vulgo Mercatoris. pag. 141.
Quaestio Critica. An Epistola Romanorum Pontificum à Clemente I. usque ad Sircium Papam, qui sedit A. C. 385. sint suppositicia? pag. 146.
 §. VI. De Capitulis, vulgo Hadriani. pag. 161.
 §. VII. De Capitularibus Regum Francorum. pag. 162.
 §. VIII. De Collectione Regionis Abbatii. pag. 164.
 §. IX. De Decreto Burchardi Episcopi Wormatiensis. pag. 165.
 §. X. De Collectione Ivonis Episcopi Carnotensis. pag. 166.
 §. XI. De variis Collectionibus Decretalium, factis quidem post Decretum Gratiani, sed Corpori Iuris, quo hodie utimur, non illatis. pag. 167.
 Caput V. De Collectionibus in Corpore Iuris, quo hodie utimur, existentibus. pag. 168.
 §. I. De Decreto Gratiani. *ibid.*
Quaestio Scholastica. An Decretum Gratiani Legali Authoritate polleat? p. 172.
 §. II. De Decretalibus Gregorii Papae IX. pag. 174.
 §. III. De reliquis Corporis Iuris Canonici partibus, seu de Sexto Decretalium, Clementinis, & Extravagantibus Joannis XXII. & Communibus. pag. 175.
Quaestio Scholastica. An Decretales Gregorii IX. & reliquae partes Corporis Iuris Canonici Legali Authoritate polleant? pag. 177.
 §. IV. De Appendicibus Corporis Iuris hodierni, in aliquibus editionibus annexi solitiis. pag. 178.
 Caput VI. De Jure novissimo è Constitutionibus Ecclesiasticis. pag. 179.
 §. I. De Bullario Romano. *ibid.*
 §. II. De Regulis Cancellariae. p. 181.
 §. III. De Concilio Tridentino. p. 182.
 Caput VII. De quibusdam aliis Corporibus Iuris Canonici concernentibus. p. 186.
 §. I. De Declarationibus Cardinalium. *ibid.*
Quaestio Scholastica. An Declarationes Cardinalium vim Legis obtineant? *ibid.*
 §. II. De Rota Romana. pag. 191.
 §. III. De Rubricis, & Summariis, Superscriptionibus, & Glossis, Juris Canonici. pag. 193.
 Caput VIII. De Concordatis Sacerdotium inter & Imperium, Statum Germaniae concernentibus. pag. 196.
 §. Unicus. De Concordatis inter Fredericum III. & Nicolaum V. p. 197.
 Caput IX. De Pace Religiosa. p. 198.
 Caput X. De Pace Westphalica. p. 200.

TITULUS VI.

- De electione, & electi potestate. p. 203.
 §. I. De electione Episcoporum. *ibid.*
 §. II. De electione Romani Pontificis. pag. 213.
Quaestio Dogmatica. An Romani Pontifices Gregorius VII. ejusque Successores Investituras juste damnauerint? pag. 224.
 §. III. De Confirmatione Episcoporum. pag. 238.
 §. IV. De Episcoporum Ordinatione. pag. 242.

ELENCHUS.

- TITULUS VII.
 De translatione Episcoporum. pag. 244.
Difficultas orta ex cap. 2. h. t. explanatur, & dictum capitulum cum notis historicis in hunc Titulum conciliatur. pag. 247.
 TITULUS VIII.
 De autoritate, & usu Pallii. pag. 248.
Quaestio Dogmatica. An usus Pallii sit ceremoniam rationabilis? pag. 256.
 TITULUS IX.
 De Renuntiatione. pag. 268.
 TITULUS XI.
 De temporibus Ordinationum, & qualitate Ordinandum. pag. 273.
 §. I. De ipsis Ordinibus. *ibid.*
 §. II. De materia, forma, & ritu Ordinum. pag. 279.
 §. III. De officiis Ordinatorum. p. 280.
 §. IV. De Interstitiis. pag. 282.
Quaestio Historico-Critica. An Diaconis illae, quae in Ministerio erant Ecclesiastico, aliquando verum susceperint Ordinem? pag. 284.
 TITULUS XV.
 De sacra Unctione. pag. 287.
 §. I. De Sacris Oleis, eorum consecratione, & benedictione. pag. 288.
 §. II. De sacris Unctionibus in administratione Sacramentorum, Baptismatis, Confirmationis, & extremae

LIBER II. DECRETALIU.

TITULUS I. ET UNICUS.

- De Judiciis. pag. 370.
 §. I. De Judiciis. *ibid.*
 §. II. De Litibus, & Causis Civilibus Laicorum. pag. 374.
 §. III. De Causis, & delictis Clericorum. pag. 378.
 §. IV. De Causis Episcoporum. p. 382.
 §. V. De Causis, quae hodie in Romana Curia tractantur. pag. 386.
 §. VI. De forma Judiciorum Ecclesiasticorum. pag. 396.
 §. VII. De Appellationibus. pag. 398.

		Habet.	Lege.
Pag. 20.	col. 1. lin. 39.	colntra.	contra.
Ibid.	lin. 40.	ongum.	longum.
Pag. 21.	col. 2. lin. 5.	Flium.	Filium.
Pag. 50.	col. 1. lin. 18.	postiores.	posteriore.
Pag. 51.	col. 2. lin. 26.	contendi.	contendendi.
Pag. 60.	col. 2. lin. 27.	illud.	illum.
Pag. 77.	col. 2. lin. 35.	esse.	est.
Pag. 83.	col. 2. lin. 29.	passibilem.	passibile.
Pag. 127.	col. 1. lin. penult.	Homicidia.	Homicida.
Pag. 143.	col. 2. lin. 13.	comprehenduntur.	comprehenderetur.
Pag. 222.	col. 2. lin. 33.	Clerici.	Cleri.
Pag. 239.	col. 1. lin. 5.	esser.	esset.
Pag. 288.	in not. marg. lin. 2.	parum.	parum.
Pag. 298.	col. 2. lin. 38.	habet.	halet.
Pag. 330.	col. 2. lin. 5.	præcipere.	præcipere.
Pag. 362.	col. 1. lin. 16.	electionem.	electione.
Pag. 379.	col. 1. lin. 19.	circumscifos.	circumscifor.



NOTÆ



NOTÆ HISTORICÆ
IN JUS CANONICUM.
PROÆMIUM.

1. **C**UM Jus Ecclesiasticum (quod Rivulus quidam, & Appendix Evangelii est, dogmata illius explicans, & præcepta ad particulares dispositiones applicans) eundem cum illo finem habeat, à Gentium Magistro ad Titum c. 3. v. 12. indicatum, videlicet: *Ut iuste, & pie vivamus in hoc seculo*: ad justam autem, & piam vitam Christiani requiratur, ut primo reguletur ejus intellectus per *Veritates fidei*, quia *justus ex fide vivit*, ad Rom. 1. v. 17. & *sine fide... impossibile est placere Deo*, ad Hebr. 11. v. 6. Secundo, ut per *Leges* ordinetur ejus voluntas, ac externa conversatio, quia *Fides sine operibus mortua est*, Jac. 2. v. 20. geminis, quemadmodum illud, materiis absolvitur: nimirum *Jure credendorum*, quo dirigitur intellectus, & *Jure agendorum*, quo regulatur voluntas, & externa conversatio.
2. *Regulas generales credendorum* Compiler Decretalium S. Raymundus de Peñafort, sacerrimi Ordinis Prædicatorum, sub Titulo primo Libri primi suæ collectionis locat, quem *de summa Trinitate, ac de Fide Catholica* inscribit; *Regulas vero Generales agendorum* sequentibus tribus Titulis comprehendit, quos *de Constitutionibus, de Rescriptis, & de Consuetudine* prænotat.
3. In his quatuor Titulis generalia continentur principia, ac veluti fontes, locique communes, ex quibus in Jure publico Ecclesiastico respective firma promuntur argumenta; quapropter & Prolegomenum instar habentur, & eorum interpretatio veluti præambulum quoddam ad vastam Juris Ecclesiastici prudentiam consideratur.
4. Cum autem intentionis nostræ non sit Prolegomena Juris publici Ecclesiastici texere; sed ea Notis Historicis, Studioque Juris Ecclesiastici in Germania fortassis

Tom. I.

A

15